

VÀRIA SOBRE SANT VICENT FERRER

1. *Almoïna de Benet XIII a un company de mestre Vicent Ferrer*

L'ASV, *Reg. Aven.*, 339, f. 341r, ens ha conservada (en forma de rebut en la secció d'*Introitus et exitus*) memòria d'una almoïna de Benet XIII a un antic ajudant de mestre Vicent Ferrer. Diu així:

“Elemosina. Eadem die [xxiii aprilis 1412] fuerunt soluti domino Andree Bertrandi, domini nostri pape elemosinario, , pro tradendo, de mandato domini nostri pape, ut dixit, fratri [...], ordinis predicatorum, dudum socio magistri Vincentii, XV floreni Aragonie: valent XI flor. camere”.

L'única cosa, de què ens innova l'anotació comptable és que els diners eren destinats a un antic company (*dudum socio*) de mestre Vicent i que l'almoïna fou donada per l'almoïner Andreu Bertran, antic rau jueu, en virtut de manament del mateix papa. Per la data podria tenir relació amb el Compromís de Casp, ja que coincideix amb els dies dels darrers preparatius previs al començament del dit Compromís. Però no em consta.

2. *Estudiants catalans de Bologna recorden anècdotes de sant Vicent Ferrer amb motiu de la seva canonització*

Segurament cap de les anècdotes ací recordades obligarà a modificar gens la biografia de mestre Vicent Ferrer, però segurament de cap altre català (o valencià, no voldria pas que ningú se m'hi enfadés) no tenim un anecdotari que es pugui comparar amb aquest, ja que directament no ens proporciona pas informació sobre cap fet de la seva vida, ans només el record que hom tenia d'ell trenta-cinc o trenta-sis anys després de mort, una informació que no s'havia pas tramès de generació en generació (el futur sant havia marxat del més fronterer dels Països Catalans, el comtat de Rosselló), el sis o set de gener del 1416, havien passat, doncs, quatre dècades abans que hom pogués comentar-ne la canonització i quatre dècades deuen equivaldre a dues generacions; dit d'una altra manera, cap dels estudiants catalans de Bolonya dels anys 1455-1456 coneixia per experiència pròpia o contemporània cap de les anècdotes que ara explicava, ans li n'havia arribat el coneixement a través de narracions familiars o qui sap si a través d'informacions parroquials o semblants, però, de la manera que sigui, les havia rebudes per tradició.

Remarquem que el text parla constantment de ‚sanctus Vicentius’ i per tant la seva redacció actual es col·loca després (segurament poc després) de la canonització de sant Vicent Ferrer que, com és sabut, és del 29 de juny de l’any 1455.

Val a dir que la tradició que les transmetia es manifestava en plena puixança creadora. N’hi ha prou de fixar-se un moment en la historieta núm. 1, a la qual no manca una base donada pel predicador ja en un dels sermons de Fribourg, del març 1404, retransmesos a través d’una redacció del franciscà Friedrich von Amberg. Pertany al sermó de la *Feria quinta ante Dominicam Palmarum in Staviaco ad Populum*, de Fribourg, Cordeliers, ms. 62, f. 86r.:

“Exemplum ex *Alphabeto relationis*. Erat in quadam civitate quedam puella pulcra valde, et multi sequebantur eam ad amorem, et sic consequenter recepit dona et iocalia ab amasiis seu amatoribus suis, et finaliter cum ipsis cecidit et peccauit et in tantum in peccatis suis invaluit, ut multe anime propter ipsam perderentur. Ipsa tempore sermonis pervenit ad ecclesiam: quam predicator intuens et cognoscens peccatricem nitebatur convertere ipsam et direxit doctrinam suam contra vicia sua. Mulier autem audiens predicare de misericordia Dei super remissione peccatorum et de contricione cordis, incepit habere tantam contricionem quod ibi cecidit mortua in presencia populi. Quod videns predicator fecit orari pro ipsa, et venit vox de celo, dicens: ‘Non oretis pro ea, sed supplicetis sibi vt ipsa pro vobis oret, quia sancta requiescit in celo’. Ecce quanta misericordia Dei”.

També en el cas dels dos adúlter, mestre Vicent no crec que pogués anar més enllà de la narració anterior, que, de més a més, no és original seva, ans treta de la compilació de casos d’Albert de Lieja, l’*Alphabetum narrationis*, que tingué un èxit enorme. En absolut, mestre Vicent podia haver-los insinuat que, en comptes de donar espectacle s’esperessin al final del sermó darrere o sota el cadafal (més darrere que sota), però a tota la seqüència restant no li veig altra explicació que la d’èsser fruit de la fantasia o de la tradició popular. Però amb motiu de la canonització, féu acte de presència a la Universitat de Bolonya, barrejant un ‚theologoumenon’ seriós, amb una creació de cultura popular farcida de detalls macabres difícilment superables.

El segon cas, que tot fa suposar esdevingut a Castella („Hyspania’ era Castella) té per protagonista un ‘castellano viejo’, que havia fet arribar al cel l’avís, que si li havien de fer algun favor havia d’èsser per mitjà de l’Apòstol (és a dir, de Sant Jaume o Santiago), perquè ell no es volia rebaixar a donar les gràcies a un sant de menor categoria i no pertanyent al Regne de Castella. Però, segons que sembla, al cel només entenien de necessitats i per això hagué d’acceptar que li fes el favor de la salut un sant no castellà i de categoria inferior a l’Apòstol. Els quatre fills col·locats en el servei reial (sembla que haurien estat al servei del rei de Castella, però no es pot descomptar la possibilitat que, pels ponts de comunicació construïts pels ‘infantes de Aragón’ fossin a Nàpols al servei del rei Alfons Trastámara): allí sí que s’haurien pogut embadalir davant les novetats i la moda d’una cort que donava el to en ple Humanisme.

La canonització devia constituir un esdeveniment, més en aquesta cort que en la de Castella, encara que no devia mancar una certa repercussió en la hispànica. Remarquem que la notícia del nou sant arribà a Castella, però no diu que els fills contribuïssin a convèncer el pare a encomanar-se al nou sant: se n'encarregaren la muller i els amics, no els fills. Per això resta oberta la hipòtesi de si la notícia de la canonització arribà des de Nàpols. El fet és que el 'caballero' rebé del cel una millora per a la seva salut i alhora un no menys important augment d'humilitat, per mitjà d'un sant de grau no castellà ni hispànic.

Afegim-hi la pensada de l'anècdota núm. [3], que tant podria ésser una manifestació devota com una finíssima presa de pel i una befa, la de fer posar en el compte de Jesucrist per al dia del Judici final en la Vall de Josafat el preu del drap dels cinquanta vestits per al baptisme dels nous jueus conversos, segurament en la Disputa de Tortosa; l'anècdota havia estat portada a Bolònia per un estudiant de la mateixa província (és a dir, província de l'orde dominicà, com mestre Vicent; era ell un frare dominicà i l'anècdota s'explicava en els convents de la província?). Val a dir que de resultes de la Disputa de Tortosa (1412-1414), les conversions de grups es devien multiplicar, tal com ens informen les prof. Judit Targarona Borràs i Tirza Vardi, que n'acaben de recordar un altre cas, el de la conversió (a Tortosa?) de tota la família Lacavalleria, de Saragossa el 2 de febrer del 1414, amb aquesta frase: "seventeen men from the De La Cavalleria family, along with their wives and nearly all the servants and personnel at their disposal, were baptized", *Literary Correspondence between Vidal Abenvenist and Salomon de Piera (critical edition)*, dins "Revue des Études juives", 167 (2008), 423.

Respectem el plor amb motiu de la mort de la mare de mestre Vicent, i no entrem en l'anècdota del monjo interessat a seguir el sermó del mestre, perquè és cas que s'explica d'algun altre indret, si no recordo malament, de Tortosa, on no hi havia cap monestir ni abat, ni monjos, si no eren passavolants. De més a més, s'acaba, anunciant que segueix la transcripció del sermó escoltat a distància, cosa que no es compleix: hauria estat interessant de poder-lo comparar amb la versió del mateix sermó, que n'han donades les edicions (si és que s'ha conservat, manuscrit o imprès).

Dit això, podem donar aquestes cinc narracions, de les quals no afirmo oferir ací edició crítica, perquè ni tan sols he tingut temps de compulsar la meua transcripció, tot i l'amabilitat del bibliotecari que m'atengué el 31 d'agost en la Handschriftenabteilung de la Universitätsbibliothek d'Eichstätt. Em limito a oferir-ne una transcripció, feta amb la serietat que permeté un temps molt limitat. Només hi he afegit el corresponent número aràbig entre parèntesis quadrats.

*De sancto Vincentio confessore
Ordinis Fratrum Predicatorum quedam miracula*
(Eichstätt, Universitätsbibliothek, Hs, 688, f. 390r-v)

(*In mg dextro*: Exempla de sancto Vincentio confessore ordinis fratrum predicatorum)

[1]. Magister Paulus de Bononia referebat quod duo adulteri venientes in predicatione sancti Vincentii coram tota multitudine populi confessi sunt alta voce lacrimabiliter peccata sua, dixitque eis benigne s. Vincentius: ‚Venite confidenter, Dominus enim Ihesus non vult mortem peccatoris, etc.‘. iussitque eos expectare sub altare vsque dum predicatio finiretur.

Qui dudum exspirauerunt et corpora eorum torrida sunt facta ac si per 14. annorum iacuisent ad solem, etiam omni humiditate destituta; finitoque sermone iussit eos ad se adduci, at illi reperti sunt mortui, ab omnique populo super hoc stupefacti atque timore horribili percussi, sanctus Vincentius sine ulla commocione iussit eorum corpora in medium portari, dixitque ad omnem populum: ‚Oremus, ut si Dominus susceperit eorum penitentiam, dignetur eosdem resuscitare‘. Quod est factum in conspectu omnis populi, nam surrexerunt magnificantes Deum, qui (?) per sanctum Vincentium eorum ad penitentiam venit et a mortuis suscitauit.

[2]. (*In mg sinis*: Istud referebat quidam studens Bononiensis, qui certus de hoc erat).

Quidam nobilis in Hispania cum torquereur infinite, incurabilis invocabat omnes sanctos Dei ut eum adiuuarent et sanarent nihilque obtinuit. Tandem, multis doloribus cruciatus, desperans, demones inuocans, ut saltem animam tollerent et liberarent a doloribus.

Eo autem tempore canonizatus fuit sanctus Vincentius, quo audito in illis partibus, amici illius et uxor propria ammonuerunt eum ut saltem inuocaret sanctum nouum, videlicet sanctum Vincentium. Qui respondens dixit: ‚Si autem Deus adiuuare me voluisset, numquid non per sanctum Apostolum seu alios sanctos sanctos (!) Maiores debuisset vel potuisset? Tandem compulsus ut votum faceret sancto Vincentio, annuit: quo facto statim sanatus est. Et facta est magna leticia in curia regis, habebat enim quinque filios in regis seruitio.

[3]. (*In mg sinis*: Istud referebat quidam studens de prouincia eiusdem coram studentibus et Magistro Paulo, viro doctissimo).

Item, cum sanctus Vincentius predicaret in Catalonia provincia in una ciuitate, una vice convertit in uno sermone quinquaginta iudeos. Finito enim sermone exclamauit alta voce: Qui ex iudeis credunt, erigant signum crucis, qui omnes erexerunt, quibus cum omni populo dixit: „In signum quod vetus homo [euasit], volo quod omnes cras baptizemini et novis vestibus induemini. Et designauit singulos ciues, ad quos irent recepturi pannos, quibus dicerent

quod scriberent sancto Vincentio computum suum, ipse enim esset redditurus in Valle Iosaphat in banco Ihesu Christi.

[4]. (f. 390v). Item, cum predicaret in Catalonia in quadam ciuitate, cepit subito in medio sermonis flere. Percunctantibus autem causam, respondit: “Nunc egressa est anima matris mee de eius corpore, et mortua”, que tamen per multa miliaria erat ab eo.

[5]. (*In mg sinis*: Aliud exemplum). Item, referebat quidam studens Bononiensis de provincia Cataloniæ quod cum sanctus Vincentius predicasset in quodam monasterio sollempniter et inde recederet, petiuit quidam ex monachis abbatem ut eum mitteret paulisper sequi sanctum Vincentium propter sermonem eius; cui noluit assentire abbas, factumque una dierum, qua in dubitatione monachus sciebat predicare, ascendens in feruore spiritus cum fiducia quandam turrim habens secum atramentarium ad scribendum, et Domino miraculose faciente per merita sancti sui Vincentii, monachus audiuit verba (?) Predicationis distincta; scribensque totum sermonem descendit. Qui dum dure reprehendisset, et ab abbate ubi fuisset putans eum evasisse, ille respondit se fuisse in predictione sancti Vincentii, ostendens pro signo sermonem reportatum infra...

Esperem que aquestes no siguin les úniques anècdotes, de les explicades per estudiants amb motiu de la canonització de mestre Vicent Ferrer, que amb el temps en vagin apareixent d'altres i que totes siguin conegudes.

Munic, setembre 2009

3. *Dos nous volums amb còpies de sermons de sant Vicent Ferrer, d'Advent i de Quaresma*

És famós el ms. de Fribourg, Cordeliers, 45, perquè conté les anotacions preses per fra Friedrich von Amberg dels sermons fets per mestre Vicent Ferrer en les setmanes centals de la quaresma del 1404 a Fribourg mateix o en alguns pobles de la rodalia.

No diré pas que el ms. 68 del mateix fons pugui arribar a ésser tan famós com l'anterior, perquè comença per no ésser conegut i perquè només estudis posteriors diran quina és la seva importància, tot i que, ja d'entrada, dos aspectes no l'afavoreixen. A diferència de l'anterior, els vint-i-quatre sermons ací transcrits no porten indicació del lloc ni del moment en què foren predicats; i segon, perquè llur còpia no és tan immediata com la del ms. 45 (els sermons hauries estat predicats el 1404 i hauria estat escrit el 1406), perquè havent estat escrit o copiat després del 1445, hauria estat posterior de més de vint-i-cinc anys després de la mort de mestre sant Vicent Ferrer. A aquests dos inconvenients es contraposa almenys un avantatge: el seu text és clarament anterior al de les edicions incunables i, en conseqüència, té totes les garanties d'ésser autèntic i fidel, que no es troben en els incunables, farcits de referències a sant Tomàs d'Aquino (de vegades, també a sant Albert el Gran o a sant Ramon de Penyafort), que no es troben en el text del manuscrit. Una nota afegida al capdamunt de la seva pàgina inicial ens informa de la procedència del volum: "Liber fratris Johannis Joly, ordinis minorum, quondam custos et gordianus, filius huius conuentus".

El de Florència, procedent del convent dominicà de San Marco de la mateixa ciutat, pot presentar el cas, potser únic, d'una còpia manuscrita tardana, que imita la composició tipogràfica de les edicions incunables.

Intentaré de descriure'l, aplicant-hi la metodologia que vaig exposar en les pàgines introductòries a *Els manuscrits lul·lians medievals de la Bayerische Staatsbibliothek. I. Volums amb textos catalans* (Studia, Textus, Subsidia, 2), Barcelona, 1986, 10-14.

Tant coberta com contracoberta, de 218 x 144 mm., consisteix en dos fragments de fusta, recoberts de la mateixa pell rossa original, escantonada per la part inferior del llom. La primera de les quatre seccions, que el relligat dels plec dibuixa en el llom, conserva fragment de teixell de paper, on només es llegeixen lletres escadusseres; també hi ha teixell de paper en la part superior de la contraportada, amb el títol del volum. "Sermones collecti / de tempore". La cara interior, tant de portada com de contraportada és recoberta de pergami; el de la contraportada, per la cara que anava enganxada a la fusta és un fragment de document notarial damunt pergami, de reconeixement de deute, datat el 144(1?). Tant en coberta com en contracoberta hi ha restes del tancador de cuir que cloïa el volum.

El cos del volum consta de dinou plec, normalment de sis fulls doblats o dotze folis, amb l'excepció del dotzà (ff. 121-128), de quatre fulls doblats

o vuit folis, i el dissetè (ff. 177-180), de dos fulls doblats o quatre folis; els divuitè i dinovè també són de quatre fulls doblats (ff. 181-188 i 189-196).

El volum és clarament factici, amb una primera part dedicada a sermons d'advent de sant Vicent Ferrer (ff. 1-124v) i una segona (ff. 129-179, on és copiat el *Cordiale {animae?}*). Em limito a la primera part, amb els seus vint-i-quatre sermons d'advent.

Fribourg, Cordeliers, ms. 68, ff. 1r-129v.

1/410.

Hora est iam nos de sompno surgere. Rom. xiii.

...homo dormiens, antequam surgat de lecto haber facere per ordinem, ita in surgendo a peccato mortali oportet facere decem operationes.

2/593.

Sequitur sermo secundus de epistola eodem die. Ff. 6r-10r.

Nox precessit, dies autem appropinquavit, Rom. XIII.

Verbum istud volo declarare secundum tres intellectus, quos habet verbum presens: ...moralem, ...allegoricum, ...anagogicum.

3/594.

Eodem die, sermo tertius de epistola. Ff. 10r-19r.

Nox precessit, dies autem appropinquavit. Rom. XIII.

Thema innuit quod finis mundi est prope... nunc autem uolo declarare illud per decem plagas Egipti.

4/454.

Eodem die, sermo quartus de epistola. Ff. 19r-24v.

Induimini dominum nostrum Iesum Christum. Rom. XIII.

Ferrum in fornace induitur igne et recipit quatuor ab igne: claritas lucens, calor ardens, mollicies manifesta, pulcritudo placens... Sic, ad instar ferri igniti, nos habemus induere quatuor virtutes: claritas fidei, calor caritatis, mollificatio patientie, pulcritudo honestatis.

5/474.

Dominica prima aduentus, sermo primus de ewangelio. Ff. 25r-32r.

Ite in castellum quod contra uos est. Mt. XXI.

Celestis gloria dicitur castrum propter quinque condiciones castri: est communiter situm in loco alto; est inexpugnabile; est nobilissimum... quia in castro habitat dominus rex...; illi de castro vident de longe totam patriam; est ibi provisio omnium bonorum.

6/162.

Eodem die, sermo secundus de ewangelio. Ff. 32r-36v.

Dicite filie Sion: ecce rex tuus uenit. Mt. XXI.

Anima nominatur quadrupliciter... iuxta quatuor operationes anime: primum opus est egressio corporalis; secundum, ambulatio spiritualis; tertium, ingressus patris; quartum, receptio salarii meritalis.

7/234.

Eodem die, sermo tertius de ewangelio. Ff. 36v-39r.

Ecce, rex tuus uenit tibi mansuetus. Mt. XXI.

... quadruplex est aduentus Domini: [in] incarnationem, in mentem, in mortem et ad iudicium. Quantum ad primum aduentum, *Ysa LXII* tanguntur sex utilitates: pauperum spiritus consolatio; contritorum et infirmorum sanatio; captiuorum et carceratorum liberatio; ignorantium illuminatio; peccatorum remissio; humani generis redemptio.

8/233.

Eodem die sermo quartus de ewangelio. Ff. 39v-40v.

Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus. Mt. XXI.

Aduentus Filii Dei in hunc mundum, est triplex principaliter: per incarnationem in uentre uirginali; per iustificationem in mente humanali; per retributionem in iudicio generali.

9/79.

Eodem die sermo quintus de ewangelio. Ff. 40v-45r.

Benedictus qui uenit in nomine Domini. Mt. XXI.

In sacra Scriptura inuenimus tres speciales aduentus Christi: primus, de humilitate copiosa; secundus, de caritate gratiosa; tertius, de maiestate ponderosa.

10/79.

Eodem die, sermo sextus de ewangelio. Ff. 45r-50r.

Benedictus qui uenit in nomine Domini. Mt. XXI.

In sacra Scriptura inueniuntur tres aduentus Domini in hunc mundum: primus [de] humilitate uirtuosa; secundus, de caritate gratiosa; tertius, de maiestate rigorosa, quando scilicet ueniet ad iudicium.

Nota: El f. 48v resta en blanc i no conté la continuació del copiat en el f. 48r, que, en canvi, sí que prossegueix en el f. 49r. N'és prova el detall que el f. 48r sacaba amb les paraules "de hac universali conuocatione dixit...", i el 49r comença amb "conuocatione dixit Athanasius...": hi ha, doncs, continuïtat en el text, malgrat el salt del f. 48v.

11/281.

Dominica secunda aduentus, sermo primus de ewangelio. Ff. 50r-54r.

Erunt signa in sole et luna et stellis. Luc. XXI.

Ista uerba possumus tripliciter exponere: secundum sensum historialem et litteralem (signa iudicii); secundum sensum allegoricum et spiritualem (Christus, sol; Maria, luna; sancti, stelle, iudicantes); secundum sensum tropologicum et moralem.

12/282.

Eodem die, sermo secundus de ewangelio. Ff. 54r-56v.

Erunt signa in sole, et luna, et stellis. Luc. XXI.

Sex que requiruntur omni iudicio: intimatio temporis; preparatio loci; citatio partium; comparatio personalis; diffinitio iudicialis; executio effectualis.

13/286.

Eodem die, sermo tertius de ewangelio, Ff. 57r-62r.

Erunt signa in sole, Lc. XXI.

Ista duodecim signa, que ab astrologis dicuntur constellationes, a theologis dicuntur signa, que figurant duodecim status huius mundi, in quibus debet esse Christus sol justitie a principio mundi usque ad finem.

14/283.

Eodem die, sermo quartus de ewangelio. Ff. 62r-67v.

Erunt signa in sole et luna et stellis, Lc XXI.

... tres magne tribulationes et omnium gravissime tribulationes sunt in brevi in hoc mundo venture: prima erit tribulatio Antichristi, hominis dyabolici; secunda erit conflagratio huius mundi terrenalibus; tertia erit tribulatio iudicii uniuersalis: et in hiis tribulationibus finietur iste mundus.

15/285.

Eodem die, sermo quintus de ewangelio. Ff. 67v-71r.

Erunt signa in sole et luna et stellis. Lc XXI.

In hiis quinque clausulis ponit beatus Iohannes, *Apoc. 6^o*, signa terribilia que erunt tempore Antichristi: subiugauit sibi omnes generationes mundi; falsis miraculis Antichristi... christiani perdent fidem; tormenta que dabit Antichristus... scindendo membra corporis per articulos; dyabolus loquitur in ore eorum, in tantum, quod magistri nostri nihil poterunt respondere; quintus modus, scilicet, donorum et promissionum terrenorum bonorum.

16/749.

Eodem die, sermo sextus de ewangelio. Ff. 71r-76v.

Respiciete et leuate capita uestra. Lc. XXI.

Contra regem fuerunt septem magne proditioes: 1. Rumpendo iuramentum fidelitatis; 2. expulerunt regem de ciuitate; 3. Noluerunt sibi dare redditus; 4. Cum uerberibus et contumeliis eiecerunt extra ciuitatem; 5. Filias regis dederunt lupanari; 6. Filium regis diuiserunt per medium in duas partes; 7. Signa et arma regis amouerunt a palatio.

17/750.

Ponatur sermo secundus de ewangelio, eodem die. Ff. 76v-84v.

Respiciete et leuate capita uestra. Lc. XXI.

... quinque rationes, quibus totus mundus deberet inflammari et desiderare gloriam paradisi: propter inestimabilem excellentiam habitationis; quia est hereditas nostra; quia nunc sumus exules; cogitando vitam, quam tenemus; quia aliter non possumus habere paradysum.

18/750.

Eodem die, sermo octauus de ewangelio. Ff. 85r-v.

Respiciete et leuate capita uestra. Lc. XXI.

És només la part introductòria del sermó anterior.

19/882.

Eodem die, sermo nonus de ewangelio. Ff. 85v-89v.

Videte ficulneam et omnes arbores. Lc. XXI.

... inueni quod in arboribus possumus aspicere quinque bonas uirtutes: obedientiam in Deum; misericordiam in proximos; patientiam ad inimicos; penitentiam de peccatis; perseuerantiam in bona uita.

20/-.

Fribourg, Cordeliers, ms. 68, ff. 89v-94r.

Scitote quia prope est regnum Dei. Lc. XXI.

Amore uestri quesui in sacra Scriptura quot sunt conditiones personarum, quibus regnum celorum est prope quando de hoc mundo recedunt, et sunt quinque: pueri innocentes; pueri baptizati; persone plene obediens; peccatores penitentes; persone per paupertatem indigentes.

Scitote quia prope est regnum Dei, Luce, 3^o (!: XXI)

Pro introductione nostri sermonis, sciendum quod doctrina est Sacre Theologie quod a principio mundi usque ad aduentum Xristos (!), Deus noluit alicui dare possessionem regni celestis, quantumcumque amici sui

essent, siue propheteae, siue patriarche; bene dabat eis cetera bona, et spiritualia et temporalia, nam bene dabat eis gratiam suam et victoriam in bellis et hereditates multas, sed regnum suum sibi soli reseruauit; et transierunt plus quam quinque milia anni, quod nulli homini promisit dare regnum celi. Auctoritas: “Celum celi Domino, terram autem dedit filiis hominum”, *Psalm* 113. Sed postquam uenit Christus et compleuit opera nostre redemptionis passionem etiam iam libere communicat amicis suis paradysum et aperit portam. Unde Deus in Veteri Testamento se habuit erga antiquos patres sicut dominus erga seruos, nam dominus dat bene seruatoribus suis prouisionem bonam et multa bona temporalia: comedere, bibere, vestire, etc., et non dat eis hereditatem suam, sed seruat pro filiis. Ita Deus bene dedit patriarchis et aliis [f.90r] prouisionem et diuitias et uictoriam, sed non promisit eis regnum suum.

Sed Deus erga nos se habet ut pater ad filios, quod non solum dat nobis bona temporalia et spiritualia et prouisionem necessaria, sicut fecit antiquis, sed etiam dat nobis hereditatem regni celestis, quia sumus filii eius. Auctoritas: “Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit patri uestro dare uobis regnum suum, *Mt.* 13. Nota: dicit ‘Patri uestro’, quia se habet ad nos sicut tanquam pater ad filios. Sed nunc est questio: Si igitur Deus non dabat patribus antiquis regnum celeste, quo igitur ibant quando moriebantur? Respondeo quod descendebant in inferno in corde terre. Pro quo sciendum quod sunt mansiones sicut in corde poli et sunt ibi quatuor domus.

Prima est inferior carcer dampnatorum, ubi descendunt illi, qui moriuntur in peccato mortali sine gratia Dei;

Secunda domus est superior, scilicet, purgatorum, ubi vadunt qui moriuntur in gratia sed non compleuerunt penitentiam peccatorum suorum complete ibi complent ubi sunt demones, nec ignis est obscurus, sed clarus, quia sunt in gratia;

Tertia domus est adhuc superior, scilicet limbus puerorum non baptizatorum, ubi nulla est pena sensus, sed solum dampni;

Quarta est domus supperior, utt limbus patrum, et ibi stabant sancti patres, et ibi non erat aliqua pena, et iam ibi nullus est; et ibi expectabant saluatorem, ut eos introduceret in regnum suum. Auctoritas: “Quis est homo qui uiuet et non uidebit mortem?”, scilicet, corporalem, eruet animam suam de manu inferni” quasi dicat ‘Nullus’. In illo tempore et de illis .xj. Imitari(?) thema dicendo quia longe est regnum Dei, scilicet, per quique milia annos, sed prope est regnum inferni et non celi, quia anima Aberl justis, que prima deus descendit ad illum locum vltra quinque milia annorum fuit longe a regno Dei. [f. 90v] Sed modo statim, quando anima de corpore egreditur est prope paradysum, immediate intrat, nisi per peccatum impediatur, ideo de alio(?) dicit thema: “Scitote quia prope est regnum Dei”-

Amore uestri quesui in sacra Scriptura quot sunt conditiones personarum, quibus regnum celorum est prope quando de hoc mundo recedunt, et sunt quinque conditiones.

Prima conditio est de pueris innocentibus pure, scilicet, qui non fecerunt peccatum, nec corde cogitando, nec ore loquendo, nec manibus operando. Isti sunt pueri nouiter nati et baptizati, non habentes usum liberi arbitrii, qui statim post baptismum sunt a peccato originali purificati, isti sunt pueri innocentes; et dico pure quia ante V annum bene sunt innocentese, quia non fecerunt bonum neque malum. Sed non sunt pure innocentes, quia ante baptismum inest eis quedam macula in anima, que dicitur peccatum originale.. Nota quod anima inquantum est ad ymaginem Dei est pulcherrima plus in duplo sine comparatione quam sol, in tantum quod si posset uideri a nobis essemus omnes in..... ita quod non uelletis comedere. Sedquando infunditur corpori in utero matris maculatur et efficitur turpissima, ita quod si uideretis eam, fugeretis propter maculam, quam recipit in utero matris sicut mappa adessiua(?) cadens in polum incausti, sic anima, etc. Unde, si aliter crearet animam sine generatione carnali, non haberet peccatum originale, sicut anima Ade et Eue, que non per generationem carnalem, sed Deus statim formato corpori infudit et costam Ade de anima Eue, cuius corpus fuit de costa Ade, etc. Sed anima purificatur per aquam baptismi, non est aliud remedium nisi baptismus. Ideo, quando moriuntur ante baptismum, quamuis sint innocentes, ex quo nunquam peccauerunt corde, ore, uel opere, tamen non sunt [f. 91r] pueri innocentes, quia habent illam maculam peccati originalis; ideo, quando moriuntur ante baptismum, veniunt ante portam paradisi, clamando: 'Domine, Domine, aperi nobis', *Luce*, 13; et Deus: 'Quis es tu?' Respondet: 'Ego sum puer non natus et numquam feci peccatum'; 'O, quam turpis es, non intrabis, quia cum illa macula nullus intrat; ideo, uade ad alium locum, cum pueris in limbo'.

Et quia non fecit aliquod peccatum, non datur eis pena sensus, sed uadunt ad alium locum in corde terre et ibi stant et ludunt et sunt plus quam sed nunquam intrant celum, quia non sunt baptizati. Auctoritas: "Amen, dico vobis, nisi quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto non potest intrare in regnum Dei", *Iohannis*, 3^o. Nota 'renatus', id est, iterum natus in uentre ecclesie per baptismum. Sed baptizati statim uolant et intrant regnum Dei; ideo, de illis scitote quia ipsorum est regnum Dei.

Nota contra illos qui dicunt quod pueri innocentes baptizati, quando moriuntur transeunt per purgatorium ex dolore matris. Error est, quia statim quando moriuntur, sicut anima beate Marie sine dolore uadunt ad celum. Moraliter: habetis hic doctrinam quod quando filii uestri moriuntur post baptismum, quod non ploretis, ymo debetis facere magnum festum: nam, si rex transiens per villam istam uellet recipere filium innocentem cuiusdam pauperis in seruitium suum et facere eum militem, etc., non deberetis flere, sed gaudere, quia haberetis filium, quia haberetis filium in camera regis; et est idem de filia, si regina uellet eam recipere in domicellam suam, etc. Sic Christus, rex celorum, transiens per villam huius mundi recipit filios et filias ad gloriam paradisi, vbi rogant Deum pro patre et matre et sunt milites Christi et domicelle beate Virginis. Ideo de illis non doleatis, quia debetis

habere spem quod sine dubio sunt in regno Dei. [f. 91v]. Ideo Apostolus 1 *Thess.*, 4. “Nolumus vos ignorare de dormientibus et etiam de innocentibus in Christo quiescentibus, vt non contristemini sicut et ceteri qui spem non habent”, sed dicam vobis de quibus debetis plorare: de filiis vestris adultis, qui sunt pleni malitia: superbia, luxuria, gula, etc. Illos debetis flere, quia vadunt ad furcam inferni; de illis enim pauci saluantur, isti autem directe vadunt ad paradisum. Ideo de talibus dicit Christus: “Sinite paruulos venire ad me, talium enim est regnum celorum”, quia statim intrant. Unde, quando pueri moriuntur, angeli portant eos ad Christum, dicentes: ‘Domine, uxor vestra dat vobis istum filium’; et Christus: “Veniat, talium enim est regnum celorum”, et amplexatur eos. Sed de magnis, dicit: ‘Domine, quid de istis, qui sunt ribaldi, luxuriosi, superbi, etc.’? ‘O, dixit Christus, tolle, tolle ad regnum dyaboli’. Ideo de aliis, Scitote, etc.

Secunda conditio est de personis plene obedientibus, scilicet, adultis, que quando incipiunt habere discretionem et usum liberi arbitrii, vult Deus obedientiam ad sua precepta seruando; de pueris namque, qui non habent discretionem, Deus non requirit obedientiam, quia non utuntur rationem, ideo sufficit eis Sed de magnis vult obedientiam ad precepta, unde hec est doctrina quam Christus dedit apostolis: “Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos seruare omnia quecumque mandauit uobis”, scilicet, precepta, *Mt.*, ultimo. Ideo, quando tales sic seruant precepta, quod nunquam faciunt contrarium pro quocumque lucro, sunt prope regnum Dei, quia faciens contra precepta homo peccat mortaliter. Ideo dicit Ambrosius [f. 92r]: “Peccatum est transgressio diuine Legis et celestium inobedientia mandatorum”. O, quam parum lucratur qui animam perdit. Ideo, e contra, oportet Deo obedire.

Respondeo (?) Quia sicut porta domus uno motu clauditur et alio aperitur, ita porta paradisi clausa fuit motu de dextera gratie ad sinistram peccati, scilicet, dimissa Dei voluntate per inobedientiam faciendo suam voluntatem, ita fecerunt Adam et Eua, qui fuerunt inobedientes, et dimissa voluntate diuina fecerunt suam et per illam inobedientiam clausa fuit porta paradisi. Ideo dicitur paradisi porta per Euam cunctis clausa est, ideo oportet quod motu contrario aperiatur, scilicet de sinistra proprie voluntatis ad dexteram diuine voluntatis per obedientiam, dicendo per istum modum: ‘Domine, ego sum inclinatus ad superbiam, sed quia vos precepistis humilitatem, ideo magis volo facere vestram voluntatem quam meam. Idem de aliis, et sic aperitur porta paradisi. Ideo Christus: “Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum celorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, ipse intrabit in regnum celorum”, *Mt.* 7. Ecce hic obedientia.

Nota quod nullus potest saluari, dicendo semel ‘Domine’, vel bis, sed oportet dicere tertium ‘Domine’. Quidam dicunt’, scilicet, corde credendo fidem, sed hoc solum non sufficit ad salutem. Auctoritas: “Quid proderit, fratres mei, si fidem dicat se quis habere, opera autem non habeat, nunquid

poterit eum fides saluare”, quasi dicat: “Non”, *Iac.*, 2^o. Item, quidam dicunt primum Domine, credendo corde, et secundum ‘Domine’, ore confitendo fidem mane et sero, iuxta consilium Ieronimi. Sed adhuc non sufficit, adhuc oportet dicere tertium ‘Domine’, scilicet opere obediendo, ideo dicit: “Qui facit voluntatem Patris mei, qui in celis est, ipse intrabit in regnum celorum”. Nota quod per gratiam Dei nos omnes habemus primum ‘Domine’, scilicet fidem, corde [f. 92v] credendo. Ideo capiamus secundum ‘Domine’, confitendo fidem ore, et tertium opere obediendo, et intrabimus in regnum celorum. Ideo dicitur [II *Ptr.*]: “Vos autem curam omnem subinferentes, ministrare in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem, in amore autem fraternitatis, caritatem. Hec enim omnia, si vobiscum assint et superent, non vacuos et sine fructu vos constituent in domini nostri Ihesu Christi cognitionem”,

Tertia conditio personarum quibusd regnum Dei est prope est de personis digne petentibus et dicentibus: ‘Nos perdidimus innocentiam baptismalem ex peccatis et fuimus obedientes mandatis, de qua (!) Nos non possumus intrare in regnum celorum, quod ergo est remedium?’ Dico quod remedium est vt penitentiam, quia penitentes intrabunt in regnum celorum. Auctoritas. Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum celorum, *Mt.*, 4^o. Nota, appropinquabit, nam regula est sancte theologie quod qui peccat mortaliter pro quolibet peccato mortali elongatur a Deo per unam magnam dietam plus quam centum leucarum; verbi gratia, quotiens recurristi ad diuinus, per tot dietas elongatus es a Deo. Item, quotiens fuisti superbus, auarus, luxuriosus etc., pro quolibet tociens quociens comisisti, es elongatus a Deo per unam dietam plusquam mille milia leucarum. O, et quos erimus prope eum si distamus, cum propter peccata nostra, nonne qui est elongatus ab aliqua civitate per decem dietas, oportet quod faciat decem dietas, si debeat intrare illam. Si ergo peccator est elongatus a Deo permilia mille milia leucas et dietas, oportet, ergo, quod faciat totidem dietas ad appropinquandum Deo. Respondeo, non oportet per tot dies reducere (?), quia si vultis per modicam viam penitentiae poteritis reducere ad Deum et appropinquare illi. Si tu es a Deo elongatus per centum milia dietas, tu potes [93r] ad Eum redire per quatuor dietas, que sunt quatuor penitentiae:

Prima dieta est cordis contritio: sicut miles qui incurrit iram regis et perdidit eius amorem, flet et tristatur, quia perdidit amorem domini sui, sic peccator, quia perdidit, etc.

Secunda dieta et firmum propositum non redeundi ad peccata, ymo potius velle mori. Ratio: quia si homo facit nobis bonum vultum in prandio, pociones et venena comedere, tunc si potestis euadere quod non moriamur, nunquam redibitis, sed dicetis: ‘O proditor, tu faciebas mihi bolum vultum et voluisti me interficere antequam redibo ad domum tuam. Sic dyabolus inuitat nos ad peccatum mortale, quod est venenum mortis eterne. Ideo, si Deus facit nobis

gratiam quod exeamus, non redeamus amplius ad domum dyaboli quia forte remanebimus mortui in domo sua inferni.

Tertia dieta est oris confessio, ideo quia nunquam plaga sanatur, nisi ferrum extre habeatur, sic plaga peccatorum antequam sanetur per medicinam bonorum operum, nisi prius extrahas ferrum peccati per confessionem, ymo perduntur omnia unguenta operum penitentialium.

Quarta dieta est seruare penitentiam a confessore iniunctam, quia illa custodit hominem ab inferno.

Ecce quatuor dietas, per quas debemus appropinquare Deo per viam contrariam, quia per peccatum fuisti longe a Deo. Ideo per viam contrariam, scilicet penitentiam, debetis sibi appropinquare, iuxta illud *Mt.*, 2º, “per aliam viam reuersi sunt in regionem suam”. O quanta Dei gratia, quando elongati a Deo per mille dietas, possunt per quatuor dietas redire. Igitur peniteamini et convertimini ut deleantur peccata vestra, *Act.* III, hec via incepit in predicatione beati Iohannis Baptiste. Auctoritas: “A diebus Iohannis Baptiste regnum celorum vim patitur et violenti rapiunt illud”, *Mt.*, IIIº: quare dicit “a diebus Iohannis [f.93b] Baptiste”, quia, ut dicit Ieronimus, Iohannes Baptista fuit primus qui predicauit quod per penitentiam posset haberi regnum celorum, *Mt.* 4º. Nota quod Christus vocat penitentiam ‘uim’, quia inclinatio nature et dyabolus et occasiones mundi contradicunt penitentie: ideo est necessaria vis et violentia per penitentiam, scilicet, contritionem cordis, flendo cum dolore, confitendo peccatum, non redeundo et penitentiam confessoris per diligentiam complendo. Nota, qualis violentia est dimittere consuetudinem malam et peccatum, concubinam, etc, et affligi et penitere, etc. Ideo Gregorius: ‘Cum peccatores quolibet (!) forma polluti ad penitentiam redeunt, et semetipsos corrigunt, quasi violenter regnum celorum rapiunt’. De talibus dicit thema: “Scitote quia prope est regnum Dei”.

Quarta conditio personarum, quibus regnum Dei est prope, est de personis per paupertatem indigentibus. Nota, tres sunt gradus paupertatis, scilicet, bonus, melior, optimus.

Primus gradus est paupertas coacta, sicut illi qui habent indigentiam bonorum, et displicet eis quia non habent satis; paupertas dicitur violenta, sed est bona si patienter tolleratur conformando se Deo et non vult aliquid de rapina, usura, etc., et dicit de corde: ‘Domine, quamuis sum pauper, tamen a vobis expecto diuitias glorie.

Secundus gradus est melior et est paupertas spiritus et non operis, ut sunt multi diuites qui habent multas diuitias de bono justo et non ponunt cor suum in diuitiis, sed spernunt eas, plus curando de Deo quam de diuitiis et partem(?) Sibi retinent pro necessitatibus suis, residuum uero dant ecclesie uel pauperibus, etc., sicut Abraham, Job et prophete, etc.

Tertius gradus optimus est paupertas voluntaria cordis et operis: [f. 94r] corde, non desiderando contra Christum, contra Deum, nec opere possidendo contra eum, et ideo est altissima quando corde non desiderat, sed spernit

et opere non possidet. Ista est paupertas apostolicalis, que omnia relinquit, quam tenentur habere religiosi, quia istam vouerunt tenere, et nihil habere nisi Christum; et illi qui tenent eam sunt prope regnum Dei.. Ideo Apostolus: Altissima paupertas eorum habundat in diuitias simplicitatis eorum, 2^a Cor, 8. Alta est prima, altior secunda est, sed tertia, altissima, que est religiosorum, et dicitur altissima, *Glossa*, id est, nobilissima benignitate et meritis, et habundat in diuitias spirituales, et isti sunt prope regnum Dei. Auctoritas: 'Nam Deus elegit pauperes in mundo, diuites in fide et heredes regni', quod promisit Deus diligentibus se, *Iac.* 2^o. Nota 'elegit' uerbo, dicens. "Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit Patri uestro dare uobis regnum". *Mt(!) (Lc.)*, 12, et etiam fecit, quando pauperes parentes elegit, quorum officio ministretur, et pauperes apostolos, de quibus dicit: "Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum..."

El sermó, doncs, no és sencer i no puc saber quant hi manca. Restaren vuit pàgines i mitja en blanc: ff.94r (mitja)-v, 95, r-v, 96r-v, 97r-v i 98r. Tot fa suposar que anaven destinades a dos sermons; ho dic perquè al f. 85v començava el sermó novè sobre l'evangeli; en el f. 89v el sermó que hi comença no té indicació d'ordinal, i per tant hem de suposar que era el núm. 10; només en el f. 98v comença un altre sermó, que porta el núm. 13: "Eodem die, ssermo 13 de ewangelio"; per tant, entre el fol. 94r i el 98v, hi havien d'anar dos sermons.

Les cinc primeres pàgines foren aprofitades per un altre copista, que afegí als ff. 94r-96r, un text sota el títol *Nata (! Nota) de septem donis Spiritus Sancti, Inc.* Primum donum est donum sapientie. Ilud donum conseruat... *Exp.:* ...diliges dominum deum et proximum tuum sicut teme[t]ipsum.

En allò que restava del f. 96r., la mateixa mà escriví unes notes per a sermó, d'aquest tema: "Estote misericordes sicut et pater uester misericors est" (cfr. núms. 291-293).

21/88.

Eodem die, sermo decimus tertius de ewangelio. Ff. 98v-106r.

Celum et terra transibunt. Lc. XXI.

... Homo debet renouari in quinque: corpus per continentiam, ecce terra; anima per beniuolentiam, ecce aqua; os per bonam colloquentiam, ecce aër; opera per diligentiam, ecce ignis; intentio, per celestialem eminentiam, ecce celum.

22/88.

Eodem die, sermo decimus quartus de ewangelio. Ff. 106r-112r.

Celum et terra transibunt. Lc. XXI.

... istam renouationem declarabo duebus modis, primo finaliter, secundo, spiritualiter, seu moraliter... pro instructione iudeorum... Secunda pars erit

moralis, nam sicut renouabuntur quinque, scilicet terra, aqua, ignis, aër et celum; ita moraliter sunt quinque que debent renouari in nobis christianis, scilicet, corpus, anima, uox, vita et cor.

23/679.

Cordeliers, ms. 68, ff. 112r-117v.

Quecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Ad Rom. XV.

Deus, magister noster, prouidit nobis multum, dando et scribendo quatuor libros: primus est de natura, iste est generalis; secundus est de Scriptura, iste est spiritualis; tertius est de gratia, iste est supernaturalis; quartus est de conscientia, iste est spiritualis.

Pro declaratione huius uerbi et materie introductione, sciendum quod inter omnes creaturas, quas Deus fecit in celo et in terra, corporales et spirituales, indigentior in scientia et pauperior est homo, quia omnes alie creature, siue sint corporales uel sprituales habent scientiam eis necessariam concreatam. Quia primo, si loquamur de angelis, qui sunt creature spirituales, unde doctrina est doctorum theologorum quod de instanti sui(!) creationis Deus dedit eis tantam gratiam sciendi naturalem quantam habent hodie. Auctoritas: "Prior omnium creata est spientia", *Ecclesiastici* X. Non potest hoc intelligi de sapientia diuina, que est eterna, sed de creata, nec potst dici de sapientia hominum, quia homo non fuit primo creatus sed in ultimo die; ideo secundum doctores intelligendum est de sapientia naturali angelica [f. 112v]; 2º, si uolumus loqui de creaturis corporalibus, ut auibus, piscibus, etc., iam statim quando nascuntur iam habent totam suam industriam et scientiam naturalem eis necessariam in puncto sue natiuitatis. Sic autem non est de homine, quia dicit Philosoppus, 3º de anima quod anima in principio sue creationis est tanquam tabula rasa, in qua nichil depictum est, et si postea cum magno labore adiscit per magnum tempus ad habendum scientiam, siue sit practica siue speculatiua.

Verbi gratia, primo de animalibus, nam agnus, statim ut exiuit de ventre matris scit reperire mamillam, vbi est vita sua, non vadit ad caput vel pedes, sed ad mamillam; et quis docuit eum? Nullus. Sed puer, quando est natus, nichil facit, ymo moreretur fame, nisi mater poneret sibi in ore mamillam, aperiendo sibi os suum. Item, si sunt mille oues, statim agnus in balatu cognoscit matrem suam, puer autem nichil, ymo mater sua posset state clamando, sed tamen puer non cognosceret eam: ecce defectus naturalis in homine. Item, pullus, statim quando est natus, si ponatur ante eum grana milli et margarite, dimissis margaritis recipiet granum; et puer unius anni, si detur sibi ignis carbonis, statim ponit in ore, vel lapis, vel terra, etc. Item pullus, si videt columbam, non fugit nec timet, sed si videt miluum, statim cognoscit quod est inimicus eius. Item, de agno, quando vudet lupum, sed si videt cervum, non timet, et puer nichil cognoscit, sive veniat amicus, sive

inimicus. Iem, si vultis quod filie vestre filent, oportet quod adiscant, et quod doceatis eas dicendo quod sic et sic faciat, sed aranea, statim quando est nata, scit optum texere et filare, ymo non est mulier, que ita bene sciret filare. Item, animalia sciunt facere domus [f. 113r] suas et adhuc non habent duos annos, sicut oves. Item, de mustella, iam scit medicinam suam naturaliter, cum qua debet curari, quando serpens nocuit sibi; sed homo, si vult habere scientiam medicine, oportet quod acquirat eam cum magno labore et per magnum tempus, etc. Patet, ergo, quod inter omnes creaturas corporales et spirituales pauperior et indigentior in scientia naturali est homo, quia oportet nos multum laborare et loqui et cogitare si desideramus acquirere; ses Deus, magister noster, qui dicit: “Vos vocatis me ‘magister’ et ‘dominus’, et bene dicitis, sum etenim”. *Iob.*, 13, prouidit nobis dando et scribendo quatuor quatuor(!) libros, in quibus possumus studere scientiam et acquirere. Primus liber est de natura, et iste est generalis, secundus liber est de Scriptura, et iste est spiritualis; tertius est de gratia, iste est supernaturalis; quartus est de conscientia, iste est spiritualis. Et quecumque in hiis quatuor libris “scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt”.

Primus liber, quem Deus nobis scripsit ad nostram doctrinam est liber nature generalis; iste liber est totus mundus, quia sicut in libro sunt multe carte, multa capitula et caterni et littere magne et parue, sic in isto mundo sunt multe carte, scilicet, sol, celum, luna et stelle, aqua, terra, aer, ignis: littere sunt creature. In quo libro duas lectiones debemus et possumus legere et addiscere. Prima lectio, quid credendum firmiter, dilibenter et finaliter; secunda lectio, quid faciendum, quid sperandum, unde, adhuc si non essent magistri vel predicatorum, tamen quilibet sane mentis inspiciendo mundum, scilicet, celum, terram, solem, lunam, etc., per se cognoscit et inuenit in eo ista opinio quod aliquis magnus dominus fundauit et fecit palatium huius mundi, sicut qui intrat magnum palacium regis, etc., si non videat regem, sed videndo palatium ita pulcrum, depinctum et ornatum, statim per intellectum naturalem intrabit in corde et ymaginabitur [f. 113v] istam lectionem, quod magnus debet esse, qui tam magnum palatium fabricauit. Idem, de domo huius mundi. Vnde, Apostolus: “Omnis autem domus fabricatur ab aliquo”, *Ad Hebr.*, 3°. Ideo Scriptura: “Inuisibilia ipsius”, cuius, scilicet, “Dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, superna quoque virtus et diuinitas”, *Ad Rom.*, 1°. Item, ostendit nobis in hoc libro quid faciendum est, legere sic: ‘O tu es in palatio huius mundi tam magni Domini, qui omnia fecit et creauit’. Sed quilibet magnus Dominus vult quod domestici sui, quibus prouidet, sint sibi fideles, et sic seruas. Primum mandatum, scilicet, non ire ad diuinos ut ad inimicos Domini, sed petamus Domino quibus indigemus, ita Deus non vult quod vadamus ad suos inimicos. scilicet, diuinos, seruitores demonis.

Item, quilibet dominus vult quod seruitores sui et domestici existentes in domo sua loquantur de eo reuerenter, portando sibi honorem et reuerentiam. Ecce secundum preceptum: “Non iurabis nomen Dei tui in vanum, nec falsum, nec enormiter”, quia tales dampnantur.

Tertio, quilibet dominus vult a suis subditis et seruitoribus aliquod seruitium, ex quo eis prouidet: sic Deus prouidet nobis, dando blada, vina, fructus, herbas, in terra in aqua pisces ferentes, etc. Ergo, oportet quod faciamus ei aliquod seruitium, ex quo prouidet nobis in suo hospicio, aliter essemus ingrati. Ecce tertium preceptum, de dominica seruanda, nam postquam seruiuistis mundo sex diebus, damus diem dominicam in seruitium Dei ab omni opere seruili, audiendo missam cum quinque conditionibus: primo, quod sitis; secundo, quod veniatis in principio misse; tertio, non loquendo; quarto, orando; et quinto, quod non recedatis ante finem misse. Nota, contra illos qui violant sabbatum ludendo, choristando et peccatum committendo. Nota, quod ille qui tollit domino redditus suos, iuste omnia bona eius sunt confiscata et perdita, [f. 114r] sic, qui tollit diem dominicam Deo, qui est redditus Dei perdit omnia bona sua per tempestates, guerras, etc. Item, quilibet dominus vult in palatio suo quod iuuenes honorent antiquos et senes: ecce quartum preceptum de filiis, qui debent honorare patrem et matrem et parentes, alias maledictus est qui facit oppositum. Item, quilibet dominus vult quod in hospicio suo nullus incipiat vindictam, sed quod recurrant ad eum, quia potens est facere iustitiam. Ecce quintum preceptum: “Non occides”. Item, quilibet dominus vult quod sub pena mortis nullus in suo palatio tangat suas domicellas caberarias, nisi dominus det eam sibi in uxorem. Ecce sextum preceptum: “Non mecaberis” in domo Dei huius mundi. Item, quilibet dominus vult quod domestici et famuli sui, unus non tangat prolem nec bona alterius, quod non haberent pacienciam; ecce septimum preceptum: “Non furtum facies”, quia Deus non vult quod unus recipiat partem alterius, quia quilibet dedit partem suam, diuitibus dedit diuitias, aliis etc.

Sed hic est una questio: Quare Deus dedit aliquibus multa et aliquibus dedit pauca. Dico quod aliquibus dedit multa, ut per illa faciendo misericordiam et elemosinas veniant ad gloriam; et aliquibus dedit pauca ut habeant pacienciam et per illa acquirant gloriam; et sic diuites et pauperes possint habere gloriam, diuites per misericordiam et pauperes per pacienciam.

Item, nullus dominus vult quod illi de palatio suo diffament se; ecce: “Non falsum testimonium dices”, quod est octauum preceptum. Item, de aliis preceptis, etc. Sed aliqui in isto libro nesciunt vel nolunt legere, de quo libro, auctoritas: “Et erit vobis visio omnis, sicut uerba libri signati”, quem cum dederint scienti litteras, dicent: ‘Lege istum’; et respondebit: ‘Non possum, [f. 114v] signatus est enim’. Et dabitur liber nescienti litteras, diceturque ei: ‘Lege’, et respondebit: ‘Nescio litteras’, *Isa*, 29. Nota: liber mundi huius dicitur signatus propter occupationem temporalium negotiorum, propter que non cogitamus de operibus Dei. Respice, ergo, litteras huius mundi, scilicet solem, lunam, etc., a quo sunt facte, scilicet a Deo et quomodo obediunt precepto et mandato, nam sex mille anni sunt et amplius, quod Deus precipit soli quod de oriente in occidentem faceret cursum suum, et ita fuit obediens, quod nunquam fregit preceptum vel fecit oppositum. Auctoritas: Daud, loquens de sole et luna, dicit: “Preceptum posuit et non preteribit, *Psal.* 148, et

durabit usque ad diem iudicii, quando a Deo habebunt optatum preceptum. Idem de clamantibus planetis, etc, qui certo tempore faciunt suos effectus et indeficienter, etc. O quam magna uerecundia homini quod omnia obediunt Deo et sunt ordinata ad seruanda Dei precepta et regulas, et homo obedire, nam uidemus quod animalia et bruta respiciunt tempus ad procurandum sibi solem nec semper intendunt circa actus carnis, sed homo semper vult luxuriam, unde uidemus quod animalia bruta que veniunt inter homines non seruant Dei ordinationem, quia ubicumque reperiunt se statim coniunguntur se sicut azini, canes, equi, grilli, etc., et videtur quod ab homine didicerunt. Sed animalia que non conuersantur cum hominibus non coniunguntur nisi ratione proles et certo tempore, et sic omnia obediunt Deo excepto homine communiter. Terra statuto tempore profert fructum, similiter aqua dat pisces, sed homo non vult obedire. Auctoritas: “Domine Deus omnipotens, in dictione tua cuncta sunt posita et non est qui possit resistere voluntati tue”, *Hester*, 13, excepto homine, nam homo facit in omnibus contrarium eorum, que, Deus precepit [f. 115r] sibi. Dicit enim Deus: ‘O homo!’ Et respondet ... Quid dicitis, Domine. Respondet: Volo quod sitis humiles dixisti Domine, ita et nos erimus superbi, vani et presumptuosi. Item, quid dicitis, Domine, quod sitis misericordes, dixistis, Domine, et nos faciemus oppositum, quia erimus auari, vsurarii, raptores, etc. Similiter de omnibus aliis viciis. O quomodo omnes creature sunt Deo obediens et homo non vult obedire nec vult legere in isto libro mundi, dicendo quod iste liber est signatus et clausus, et tamen non est clausus et apertus, et tu habes oculos clausos propter culpam et peccata et occupationem omnium terrenorum. Ideo dicit: Dabitur liber nescienti literas, id est, rudi, et dicit: ‘Nescio litteras; vult ergo dicere quod nec literati nec illiterati in hoc libro volunt legere, id est, nolunt obedire Deo, etc.

Secundus liber factus pro nostra eruditione est liber scripture, et iste est spiritualis; iste liber est *Biblia*, in qua textualiter est omnis scriptura Dei, quia omnes alii libri sunt ad declarandum sacram scripturam *Biblie*. Et dicitur liber iste spiritualis, quia non omnes sciunt in illo legere, nisi literati et clerici. De hoc libro auctoritas: “Vidi et ecce manus missa ad me in qua erat involutus liber et expandit illum coram me, qui erat scriptus intus et foris, et scripture erant in eo lamentationes et carmen et ve”. *Ezech.*, 2°. Nam manus Dei missa est persona Filii Dei, scilicet, Christus. Nota, quod sicut manibus nos operamur opera nostra, quia dicit Philosophus quod manus est organum organorum, ita Deus Pater, per filium fecit omnia. Auctoritas: “Omnia per ipsum [scilicet, Christum] facta sunt”, *Iobannis*, X°. De ista manu loquitur David: “Fiat manus tua ut saluet me”, *Psalmo* [CXVIII], quasi dicat: ‘Veniat filius tuus, Christus, ut saluemur’. Ista manus fuit missa in incarnatione, liber autem iste, scilicet *Biblia* erat involutus et clausus ante aduentum Christi, quoniam ad secreta. Sed Christus primo expandit et aperuit secreta et apostoli declarando et predicando secreta (Dei) fidei, unde dicitur de Christo. Auctoritas: “Ultimo aperuit illis sensum ut [f. 115v] intelligerent scripturas”. In hoc libro tria scripta erant, scilicet, lamentationes, carmen

et ve: lamentationes penitentium, carmen, scilicet, in gloria regnantium, et ve, in penitentiam dampnatorum, quia tota scriptura sancta stat in 353 conclusionibus.

Prima est quod sacra scriptura provocat nos ad penitentiam et dolorem, quia magna pars Scripture est inducere ad penitentiam de peccatis per contritionem, cogitando peccata et dicendo. 'O miser, ego feci ista peccata et offensas contra Deum', et homo plorat.

Secunda conclusio, quod est provocativa ad carmina gaudiosa glorie, scilicet, qui per misericordiam veniunt ad gloriam, ideo dicitur carmen, id est, cantilenas gaudii, quia qui habent dolorem et penitentiam et lamentationem, venient ad carmen et canticum glorie, iuxta illud: 'Penitentiam agite', ecce dolor et lamentatio, appropinquavit enim regnum celorum, carmen glorie', *Mt*, 4^o.

Tertia conclusio est, quos est ve, scilicet illi qui volunt facere penitentiam, ve, id est, maledictio, cetera est dampnatio. Auctoritas: 'Dico vobis, nisi penitentiam habueritis, omnes similiter perhibitis', *Luc.*, 13, ita quod tota scriptura sacrata stat in istis 353: primo ad provocandum ad penitentiam, 2^o, ad desiderandum gloriam, 3^o ad intimandum penam eternam. Sed dicit quod erat scriptus intus et foris: intus est scriptus pro clericis, qui intelligunt secreta, et foris pro rudibus et suplicibus, ideo magni clerici, scilicet, apostoli, de secretis interioribus istius libri extraxerunt 13. Conclusiones, scilicet, 12 articulos fidei in simbolo contentos, ideo dicit scriptus foris pro rudibus in quantum legunt illud quod extraxerunt magni clerici, scilicet, apostoli de secretis interioribus istius libri, quos tenemur scire. Istam lectionem tenentur legere cotidie de mane et sero iuxta consilium Jeronimi [f. 116r] et sic sine defectu venietis ad bonum finem et saluationem.. Si aliquis diceret: 'O pater, ego noscio credo, etc., dico quod non es excusatus, nam bene sunt cantilenas et vanitates vanas, et ideo teneris scire credo, nam plusquam mille annis est compositum, ideo adiscas et dicas cotidie ut possis resistere diabolo. Ideo dicitur I *Petri*, V: "Aduersarius vester dyabolus, et minister eius Antichristus, tanquam leo rugiens, circuit querens quem deuoret, cui resistite fortes in fide". Ideo, quecumque scripta sunt in hoc libro scripture, ad nostram doctrinam scripta sunt.

Secundus liber est de gratia, et iste est supernaturalis, quia dicitur liber gratie et vite et misericordie et glorie, de quo propheta, et est uerbum(?) patris ad mundum, sume tibi librum grandem et stare in eo stilo hominis, *Ysaie*, 8. Nota: 'Sume tibi librum', scilicet Ihesum Christum, qui te redemit, iste liber grandis est quantum ad diuinitatem et sunt ibi due carte, scilicet, humanitas et diuinitas, tamen excedunt in scientia omnes libros factos et fiendos. Auctoritas: "In quo, scilicet, Christo sunt stilo hominis". Hic liber Christus apertus fuit in cruce, quia nudus crucifixus fuit, scriptus fuit in corpore lancee acutissime, scriptores fuerunt ministri, scilicet iudei. Iudas, Pilatus et Cayphas, incaustum fuit sanguis, pergamenum fuit sua caro, scientie quinque plage magne. In isto libro Deus legere quia ipse voluit tanta pati

ut nos redimeret et ne pateremur in inferno. Unde, in ipso opere tuo debes tibi sumere istum librum passionis Christi, quem tu assumis et intigis signando te; sed quidam volentes sibi assumere et proponere librum vite assumunt sibi librum mortis, scilicet, sygnum dyaboli, qui sibi usurpat signum circuli. Nota modum signandi [f. 116v] ymo quod deterius est in sacramento altaris, in benedictione aque benedictae et benedictione sacerdotis in missa ponunt signum dyaboli. Nota quis significatur aqua et sale, quia fit exemplum, quia ut Deus est sal, quia dat saporem dulcedinis et gratia aqua set humanitatem, ideo primum debet benedici sal et postea aqua, sed maledicunt per signum dyaboli, quod est circulus. Auctoritas: “In circuitu impii ambulant”, *Ps*, 11, ideo faciatis signum Ihesu Christi, scilicet crucem, et non diaboli; ideo dicebat Apostolus: “Mihi absit gloriari nisi in cruce domini nostri Ihesu Christi”, *Ad Galatas*, 6^o, ideo “quecumque scripta sunt”, etc.

Quartus liber est de conscientia, et iste est spiritualis, unde conscientia vel anima in natiuitate est quasi liber, in quo nichil est depictum seu descriptum. Unde Philosophus in 3^o *De anima*, dicit quod anima in sui creatione est tanquam tabula rasa, in qua nichil depictum est, sed postquam habet usum rationis incipit inscribi et sunt vel mala vel bona que facit, et licet opera transeant actualiter, tamen remanent scripta in libro conscientie. Verbi gratia, hodie fecisti unum bonum opus, scilicet, quod proximum salutasti: ille actus transiuit, sed remansit scriptus in libro conscientie. Item, si venisti ad ecclesiam orando, etc. Auctoritas. “Cum gentes, qui Legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt, eiusmodi Legem non habentes ipsi sibi sunt Lex, qui ostendunt opus Legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum et inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus. In die, cum iudicabit Deus occulta hominum, secundum ewangeliummeum per Ihesum Christum”, *Ad Rom.*, 2^o, ita quod rudes, qui nesciunt litteras, scient in hoc libro legere. Idem de malis operibus, si horum fecisti aliquod peccatum mortale, actus transiuit, sed opus seu reatus [f. 117r] remansit scriptus in libro conscientie. Auctoritas: “Imperfectum meum viderunt oculi”, id est peccatum mortale, secretum vel manifestum, viderunt oculi tui, quia licet homo faciat mortale peccatum secrete, tamen semper Deus videt: nota in libro tuo, scilicet, in libro conscientie, qui est liber Dei. Primo, quia Deus in eo leget omnes defectus et omnes virtutes nostras; secundo, quia ipse solus potest ibi legere, quia solus videt conscientiam hominis. Auctoritas: “Oculi Domini, lucidiores sole, circumspicientes omnes vias hominum et profundum abyssi et hominis corda intuentes in absconditas partes”, *Eccli*, 23, *Jer*. 33, fortissime, magne, potens, Domine, cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, ut reddas unicuique secundum vias suas et secundum fructum inuentionum eius. In isto libro conscientie debemus iam legere, primo per memoriam peccatorum nostrorum, cogitando quomodo fuisti superbus contra preceptum Dei et etiam plorare per contritionem. Auctoritas: “Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee”. *Isaie*, 18. Secundo, debemus radere

litteram peccatorum nostrorum cutello confessionis. Vnde, quando peccator absoluitur a peccatis, scriptura illa peccatorum destruitur, ita ut nichil possit de illo amplius videri. Auctoritas: “Vivus est sermo Dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti et pertingens usque ad diuisionem anime et spiritus”, *Ad Hebr.* 4^o, quia absolutio in confessis confessione diuidit seu separat animam a dyabolo, qui est spiritus malus, ita ut post confessionem non cognoscant litteram factam de peccato in libro conscientie. Exemplum de quadam muliere, que adulterauit cum quodam milite, quam dyabolus accusauit apud maritum suum, quod illa, percipiens, confessa cuidam sacerdoti in stabulo suo; et cum ipsa, in presentia mariti veniret et ipse peteret a dyabolo, qui est in forma seruitoris sui [f. 117v] quid viderat in uxore sua, ipse eam non cognouit, etc. Idem de dyabolo, qui apparuit in forma sapientis, dicentis se scire omnia, etiam quecumque secreta et quamdam de peccato luxurie, homicidii, etc., ipsa, confessa, cum deberet eam publice manifestare, eam non cognouit, etc., et sic patet quod per confessionem deletur scriptura peccati, et ita deletur quod in iudicio non apparebit; ideo legatis in libro conscientie post confessionem et contritionem. Secus de illo, qui iam noluit in libro conscientie legere per confessionem, quia in iudicio omnes legent in libro conscientie ut dicunt doctores: ratio, quia Deus vult quod sententia data, siue de bonis siue de malis approbetur ab omnibus, sed non potest approbari nisi prius videantur merita et demerita; ideo in die iudicii liber conscientie erit ita apertus omnibus, quod quilibet videbit clare omnia bona et mala alterius. Auctoritas: “Iudicium sedit et libri aperti sunt” *Danilis*, 7^o, et *Apoc.*, 20. Libri aperti sunt. Nota practice quomodo omnia peccata manifestabuntur per bonum angelum, etc., et nulla per malum angelum, etc. Nota practice de omnibus, etc. Ideo Apostolus: “Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque proprii corporis prout gessit siue bonum siue malum” *2^a Cor*, 5. O, quanta laus erit bonis, equa erit vermes in malis, ymo dividebuntur a bonis, dicentibus: “Laus tibi, Domine, quia ita punis peccata, etc”. Et clamabunt contra malos, dicentes: ‘O ribaldi, , etc. Auctoritas: “Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui angustiauerunt”, *Sap.* 5. Nota totum illud ... in hoc libro tenemur omni anno semel legere, scilicet in Pascha, et cotidie per orationem mane et sero flexis genibus, etc. Amen.

24/790.

Dominica tertia aduentus, sermo primus de epistola., ms. 68,121-124
Sic nos existimet homo ut ministros Christi. 1 Cor. IV.

In palatio Christi, scilicet christianitate, sunt septem conditiones seruitorum: portarii, custodientes portas; dispensatores, tenentes clauis panis et vini; coci, predicatorum Verbi Dei; scutiferorum coram rege assistentium; ioculatores et viellarii musicoorum et cantores capelle; officium elemosinariorum fragmentorum; cubicularii locorum et camerariorum.

Una primera nota per a entrar en allò que representa el ms. 68 del Convent dels Cordeliers de Fribourg és la comparació amb les col·leccions incunables de sermons vicentins. La primera constatació pot ésser la numèrica, col·locats en les dues primeres setmanes d'advent, que són comunes a ambdues col·leccions.

Per a la primera, l'edició incunable, de la qual en el moment d'escriure puc disposar, ofereix tres sermons relatius a l'epístola del primer diumenge i quatre de dedicats a l'evangeli; per a la segona setmana, no en trobem cap de dedicat a l'epístola, però set per a l'evangeli, com si cada setmana tingués 'dret' a set sermons, que es podien repartir de forma desigual i que en el segon diumenge o setmana anaren tots a l'evangeli. El manuscrit 68 dels Cordeliers de Fribourg, en canvi, trobem per a la primera setmana quatre sermons relacionats amb l'epístola i sis de l'evangeli; en la segona setmana, en canvi, en la línia de l'incunable, trobem només un sermó per a l'epístola i catorze (encara que manquin els onzè i dotzè, consta que existiren, car els dos darrers diuen de forma ben explícita el tretzè i el catorzè).

D'aquestes dades crec que ja s'en pot començar de treure alguna conseqüència, com, per exemple, que el text del ms. 68 dels Cordeliers de Fribourg és una manifestació de la darrera etapa d'evolució dels manuscrits vicentins abans d'arribar a les edicions incunables. Els títols que precedeixen la majoria dels seus sermons ens diuen, d'una banda, que són lluny d'aquells títols del 1404 a Fribourg o contorns, o del 1413 entre València i Barcelona, on per a cada un dels sermons teníem, en el títol introductor, la seva localització i la seva data, dia per dia. Allò ha desaparegut i en el ms. 68 dels Cordeliers de Fribourg no resta, perquè ha estat desestimada de fer-la constar, la localització del sermó; només s'ha conservat d'alguna manera la datació, però no del dia, ans només de la setmana, car, comsi es tractés de la setmana dels tres dijous, per a la segona d'advent del manuscrit que ens ocupa, tenim catorze sermons i això vol dir: ací el possible lector trobarà catorze sermons sobre l'evangeli del segon diumenge d'Advent, que poden servir per predicar durant la dita setmana.

De l'altra banda, podem llegir en tots els títols conservats per als sermons del ms. 68 dels Cordeliers de Fribourg el destí de la peça literària a explicació de l'epístola o de l'evangeli. I així, en l'edició incunable, per al segon diumenge d'advent, trobem el següent títol: "Dominica secunda aduentus Domini. Sermo primus, de euangelio"; la indicació d'evangeli manca en tots els del primer diumenge d'advent i el seguirem trobant en falta en tots els del segon. Se'ns ha conservat, doncs, una mostra dels títols que arribaren fins a les edicions incunables i dels quals s'ha salvat un exemplar en el segon diumenge d'advent.

Una altra característica del text dels incunables consisteix en la gran quantitat de referències a sant Tomàs d'Aquino que els editors inseriren en el text dels sermons. No diré que en les pàgines del ms. 68 manqui totalment, però només m'he adonat (certament, sense cercar-lo de forma expressa) d'una, en

el f. 67r, línia 6 del final de columna); també en aquest punt ens trobaríem a punt de donar el darrer pas.

Florència, Bibl. Naz. Centrale, *Conuenti Soppressi* I. 10. 37

Mides: de coberta: 222x160; dels plecs del cos del volum: 215x154; de la caixa d'escriptura: 151x110, en dos corondells marcats dins la pàgina, amb 11 mm. de separació; la filigrana coincideix amb el relligat del llom, raó per la qual no la puc identificar, però sembla una M majúscula.

Incipit Quadragesimale sancti Vincentii, ordinis fratrum predicatorum

F. 35b: *Iste liber est conuentus sancti Marci de Florentia, ordinis fratrum predicatorum, ut patet in libro inuentariorum 162, núm. 82 (lxxxij).*

1/137.

Feria IV in capite ieiunii. Sermo sancti Vincentii, ordinis fratrum predicatorum. Ff. 1a-2d.

Cum ieiunas, unge caput tuum et faciem tuam lava. Habentur hec verba originaliter, Mt. VI.

Declarantur nobis opera virtuosa a nobis fienda in hoc sacro tempore. Primo, afflictio penitentialis: 'cum ieiunas'; secundo, oratio spiritualis: 'unge caput tuum'; tertio, confessio sacramentalis: 'faciem tuam lava'...

2/262.

Feria V. Sermo prime ebdomade.. Ff. 2d-4d.

Ego veniam et curabo eum. Medicus corporalis, quando visitat infirmum in camera obscura iacentem, primo petit lumen; secundo, tangit pulsum; tertio, vult videre urinam; quarto, dat dietam; quinto, ordinat siropum; sexto, dat purgationem sive medicinam; septimo, dat carnes delicatas...

3/128.

Feria VI prime ebdomade. Ff. 4d-6b.

Annuntia populo meo scelera eorum. Ys. 58. Quatuor abominationes contra Deum: 1) In porta civitatis, ydolum; 2) platea murata est cor hominis, in quo sunt plura peccata; 3) mulieres plangentes filios suos post baptismum decedentes; 4) homines habentes dorsum contra Templum, peccatum magnum de festis non servatis.

4/46.

Sermo prime ebdomade. Ff. 6b-7a.

Ascendit in illos in navim, Mt. 6°.

Volo edificare tres cameras: de navi transfretantes; de fortuna tribulante; de tranquillitate tribulante.

5/—.

Item, alius sermo eadem die. Ff.7a-8a.

Confidite et nolite timere, Mt. 6^o.

Deus debet a nobis timeri tripliciter: sicut dominus rigorosus; sicut amicus proficiuus; sicut pater generosus (tema i esquema diversos dels del núm. 113).

6/7.

Dominica prima quadragesime. Sermo., Ff. 8a-10a.

Accesserunt angeli et ministrabant ei. Mt. 4

Ideo, bone gentes, locus conveniens ad ieiunandum est desertum, ubi non sunt delicie..., nec cibaria delicata nec occasiones peccandi.

7/417.

Feria secunda, dominice prime, sermo primus. Ff. 10a-11c.

Ibunt hii in supplicium eternum, iusti autem in vitam eternam. Mt. 25.

Modo videnda est practica, quam iudex Deus tenebit in illo iudicio ultimo. Tria puncta: ordinatio iudicialis, deffinitio finalis, executio perpetualis.

8/814.

Item, alius sermo eadem die, sancti Vincentii. Ff. 11c-12d.

Statuit oves quidem a dextris suis. Mt 25.

Ex quinque virtutibus homo efficitur et ostenditur ovis Christi: per simplicem innocentiam; amplam misericordiam; firmam patientiam; veram obedientiam, dignam penitentiam.

9/47.

Feria tertia dominice prime, sermo sancti Vincentii. Ff. 12d-14b.

Assumit septem alios spiritus nequiores se. Mt. 12.

Leviatham per superbiam; Mammona per avaritiam; Asmodeus per luxuriam; Beelzebub per invidiam; Belfegor per gulam; Askaroth per accidiam.

10/778.

Feria V. prime dominice, sermo. Ff. 16a-17b.

Si vos manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis. Io. 8.

Invenio octo virtutes huius nobilis discipulatus: obedientia generallis; penitentia sacramentalis; patientia virtualis; benivolentia cardinalis; beneficentia liberalis; diligentia spiritualis; perseverantia finalis.

11/237.

Feria VI. Prime dominice, sermo. Ff. 17b-19a.

Ecce sanus factus es, iam noli peccare. Io, 5.

Pro edificatione nostra videnda sunt modo tria: locus in quo, modus quo, finis propter quem miraculum fuit factum.

12/237.

Item, eadem die, alius sermo, scilicet, feria VI. Ff. 19a-d.

Ecce sanus factus est, iam noli peccare. Io, 5.

Tanguntur tria in euuangelio hodierno ad nostram edificationem: locus mirabiliss, modus notabilis, finis optabilis.

13/837.

Sabbato prime dominice, sermo primus. Ff. 20a-21a.

Transfiguratus est ante eos, Mt. 17.

Modo veniunt septem questiones.

14/328.

Item, alius sermo eadem die, scilicet sabbato. Ff. 21a-22d.

Faciamus hic tria tabernacula, Mt. 17.

Volo declarare tres doctrinas, quasi tabernacula: transfiguratio Christi fuit celebrata gloriose, acceptata deliciose, occultata pie.

15/523.

Dominica secunda in quadragesima, sermo primus. Ff. 22d-24a.

Miserere mei, Domine, Fili David, filia mea male a demonio vexatur. Mt. 15.

Sunt novem miserie in universo, sic novem versus in Psalterio contra predictas novem miseras et sunt iste: inefficacia orandi, inconstantia perseverandi, inpotentia elevandi, tribulatio naturalis, condempnatio iudicialis, persecutio humanalis, defectus amicitie, abundantia tristitie, multitudo contumelie.

16/221.

Item, eadem die alius sermo. Ff. 24a-25d.

Ecce mulier chananea, Mt. 15.

Invenio tres condiciones multum necessarias orationi: vera fidelitas, cum dicitur 'ecce'; firma stabilitas, cum dicitur 'mulier'; digna humilitas, cum dicitur 'cananea'.

17/533.

Feria 2^a dominice secunde, sermo primus. Ff. 25d-27a.

Multa habeo de vobis loqui et iudicare. Io, 8.

Quantum ex parte Christi est, ostendit nobis tres magnas dignitates: sapientia divinalis; excellentia fraternalis; eminentia principalis.

18/257.

Item, de eodem, sermo secundus. Ff. 27a-29a.

Ego, que bene placita sunt ei facio semper. Io, 8.

Christus ad illuminandum Iudeos ostendit de se quatuor: temporalem humanitatem; eternalem divinitatem; iudicialem auctoritatem, universalem benignitatem.

19/699.

Feria III. Dominice secunde, sermo. Ff. 29a-31a.

Qui maior est vestrum erit minister vester. Mt, 23^o.

... quatuor peccata que sunt magna et generalia et diuine Maiestatis multum offensiva: inobedientie, vanaglorie, arrogantie, extollentia.

20/824.

Item, alius sermo eadem die. Ff. 31a-32a.

Surge et vade in Sareptam Sidoniorum, 3^o Regum, 17.

Modum surgendi a peccatis declarabo per similitudinem, de persona somnolenti, que, quando surgit, primo aperit oculos, sedet in lecto, incipit se vestire, exit de lecto, ex motu spuit, calciat se, cingit se, lauat manus.

21/707.

Feria IIII dominice secunde, sermo. Ff.32a-33c.

Quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. Mt, 20.

Ad salvationem hominis tria requiruntur: ordinatio Dei eternalis, passio Christi temporalis, subiectio creature virtualis. Ista tria ostenduntur in evangelio hodierno: ponit instrumentum, scilicet Christi passionem; 2^o, Dei ordinationem; 3^o, creature subiectionem.

22/307.

Item, alius sermo, eadem die. Ff. 33c-35a.

Exaudi, Deus, deprecationem meam, et propitius esto sorti et funiculo hereditatis tue. Hest, 13.

Non est solus unus modus orandi, sed sunt octo: desiderando ardentem, lacrimando plangentem, explicando patenter, supplicando humiliter, allegan-

do congruenter, appellando prudenter, mendicando dignanter, molestando firmiter.

23/375.

Feria V^a, Dominice 2e, sermo primus. Ff. 35a-37d.

Habent Moysen et prophetas, audiant illos. Luc, 16.

Quatuor multum necessaria ad sciendum: mundialem seu mundanalem conuersationem; diuinalem retributionem; infernalem dispositionem; scripturalem confirmationem.

24/531.

Item, alius sermo eadem die. Ff. 37d-38d.

Mortuus est dives et sepultus est in inferno. Luc. 16.

Quesiui quot sepulcra sunt in inferno et reperi quod sunt septem, secundum quod sunt ibi septem parochie.

25/736.

Feria VI dominice secunde, sermo. Ff. 38d-40r.

Regnum dabitur genti facienti fructus eius. Mt. 21.

Reperi in sacra Scriptura quod modis sex dat regnum celorum: per directam hereditatem, per violentam importunitatem, per deuotam seruitutem, per fidelem imitationem, per continuabilem petitionem, per iustam emtionem.

26/638.

Sabbato secunde dominice, sermo. F. 40a-d.

Pater ipsius misericordia motus est super eum. Luc. 15.

Ista hystoria euangelii continet in se tria puncta: preuisio peccatoris, criminosa; conuersio peccatoris uirtuosa; miseratio patris copiosa. In qualibet sunt quatuor magna secreta.

27/272.

Dominica III in quadragesima, sermo, F. 41a-d.

Erat Ihesus eiciens demonium, et illud erat mutum. Luc. XI^o.

... septem partes, in quibus notantur septem uitia, que modo currunt in mundo: opera Christi male iudicare; parentes parum honorare; peccata tarde confiteri, creatorem non hospitari; ieiunia non seruare; matrimonium male tenere; bonam amicitiam proicere.

28/354.

Item, eadem die, alius sermo. Ff. 41d-43a.

Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt universa que possidet, Luce XI

Christus habet septem conditiones pugnatorum: cursitarii exploratores; balistarii sagittantes; tubicinarii prouocantes; bandiarii ordinantes; equitarii penetrantes; peditarii decertantes; saumatarii deportantes.

29/686.

Feria II^a dominice 3e, sermo. Ff. 43a-44b,

Quanta audiimus facta in Cafarnaum, fac hic in patria tua. Luc. 4^o.

In terra Iudeorum fecit hec opera principalia: humilis incarnatio; conuersatio pauper; certa predicatio; dominica passio; pia descensio; uera resurrectio; alta ascensio.

30/748.

Feria 3^a dominice tertie, sermo. Ff. 44a-46a.

Respiens in discipulos, Ihesus dixit. Mt. 18.

Habemus quinque doctrinas utiles pro eundo ad paradysum: de fraternali correctione; celestiali iuridictione; acceptabili conuentione; exaudibili oratione; amicabile remissione.

31/274.

Feria 4^a dominice tertie, sermo. Ff. 46a-47b.

Erat predicans in sinagogis Galilee. Mt. 15.

Quinque magnas excellentias de Christo: diuina potentia, humana clementia, perfecta sanctimonia, larga beniuolentia.

32/688.

Feria V. Dominice tertie, sermo. Ff. 47b-48d.

Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum. Mt. 15.

Disputationes Christi cum Iudeis, Ipse eas deterrinauit: Iudeorum contra Christum, et fuit malitiosa; Christi ad Iudeos, et fuit uirtuosa; discipulorum ad Christum, et hec fuit temerosa.

33/764.

Feria VI 3e dominice, sermo. Ff. 48d-50a.

Scimus quia hic est uere propheta et saluator mundi. Io, 4^o.

... tres magne disputationes: inter Christum et mulierem Samaritanam, et fuit benigna; Samaritane ad Christum, et fuit audax; inter Christum et apostolos, et fuit pia.

34/859.

Sabbato, dominice tertie, sermo, Ff. 50a-51a.

Vade, et amplius noli peccare, Io, 8.

Tria sunt nobis necessaria: deuotio spiritualis; discretio intellectualis; dilectio euangelicalis.

35/107(?).

Dominica quarta in quadragesima, sermo primus. Ff. 51a-52b.

Colligite que superauerunt fragmenta, ne pereant. Io. VI.

Remanserunt pro nobis sex fragmenta: diligentia spiritualis; prudentia intellectualis; ordinatio regularis; confidentia supernaturalis; misericordia liberalis; beniuolentia uirtualis.

36/107.

Item, alius sermo eadem die. Ff. 52b-54b.

Colligite que superauerunt fragmenta ne pereant. Io. VI.

Inuenio sex fragmenta seu frustra illarum escarum: penitentia temporalis; prudentia intellectualis; ordinatio regularis; confidentia supernaturalis; misericordia liberalis; benivolentia virtualis.

37/469.

Feria secunda quarte dominice, sermo. Ff. 54b-55c.

Ipse sciebat quid esset in homine. Io, 2°.

Tres magnas et notabiles excellentias de Christo: posse copiosum; velle piosum; scire luminosum.

38/147.

Feria III quarte dominice, sermo. Ff. 55e-57b.

De turba multi crididerunt in eum. Io. 7°.

... excusatio, quam fecit Christus de criminibus et de peccatis sibi a Iudeis false impositis, de infidelitate, de uanitate, de malignitate, de falsitate.

39/666.

Feria IIII quarte dominice, sermo. Ff. 57b-58c.

Procidens adorauit eum. Io. 5.

Magnum miraculum et excellens in tribus punctis: mirabilis operatio; malitiosa impugnatio; gratiosa humiliatio.

40/158.

Feria V quarte dominice sermo. Ff. 58c-59d.

Deus uisitauit plebem suam. Luc. 7.

Tres questiones spirituales et morales pro nostra instructione: quare uoluit suscitare mortuum in tam publico loco; quare accessit et tetigit loculum; quare Christus uisitauit plebem suam.

41/—.

Feria VI quarte dominice, sermo. Ff. 59d-61b.

Nonne XII hore sunt diei? Io. XI.

Evangelium continet tres causas de resurrectione Lazari: prima, humiliter retractiua; mirabiliter inductiua; principaliter effectiua.

42/544.

Sabbato 4e dominice, sermo. Ff. 61b-63a.

Nemo apprehendit eum, quia nondum uenerat hora eius. Io. 8.

Evangelium continet magnam disputationem, in qua Christus proposuit ueram conclusionem; Iudei arguunt per contradictionem, et replicant per invasionem.

43/715.

Dominica de passione, sermo. Ff. 63a-64d.

Quis ex uobis arguet me de peccato. Io, 8.

Nota sex conclusiones de passione Christi: fuit per Dominum tollerata innocenter; per Iudeos tractata nequiter; per seipsam vilipensa enormiter; per nos ordinata prophetaliter; per prophetas demonstrata figuraliter; per Trinitatem ordinata figuraliter.

44/—.

Item, alius sermo in eadem dominica de passione. Ff. 64d-66a.

Iudei tulerunt lapides ut iacerent in eum. Io, 8.

Ihesus Christus fuit quinquies in periculo patiendi inter Iudeos: in periculo gladii; in periculo precipitationis; in periculo mendicitatis; in periculo lapidationis; in periculo crucifixionis.

45/592.

Feria II dominica de passione, sermo. F. 60a-c.

In nouissimo die magno festiuitatis, stabat Ihesus. Io, VII.

Isti tres dies significant spiritualiter tres dies, quos debemus habere in memoriam: dies de morte corporali; de iudicio generali; de gloria eternali.

46/681.

Feria III in ebdomada de passione, sermo. Ff. 66c-67d.

Querenbant Iudei eum interficere. Io, 7.

Tria notabilia siue mirabilia notantur de Christo: stricta afflictio; discreta responsio; secreta deffensio.

47/-.

Feria IIII dominice de passione, sermo. Ff.67d-69b.

Non de3 bvo opere lapidamus te, sed de blasfemia. Io. X: Iudei fecerunt tria magna prelia contra Christum: per deceptionem, fraudulenter; per inuasionem, violenter; per obiectionem, pestilenter.

48/346.

Feria V. Dominice de passione, sermo. Ff. 69b-70c.

Fides tua te saluam fecit. Luc. 7: "... in remissione peccatorum occurrunt quatuor cause: effectiua principalis; receptiua materialis; perfectiua formalis; completiua finalis.

49/106.

Feria VI. Dominice de passione, sermo. Ff. 70c-72a.

Collegerunt pontifices et pharisei consilium aduersus eum, Io, XI.

De isto consilio, notantur tria in euangelio: propositio maligna; diffinitio indigna; consecutio benigna.

50/820.

Sabbato dominice de passione, sermo. Ff. 72a-74a.

Subleuatis oculis in celum, Ihesus dixit: "Pater, uenit hora, clarifica filium tuum". Io, 17.

Deuota oratio in nocte passionis, tria puncta: modum conuenientem; confidentiam expedientem; participationem sufficientem.

51/655.

Dominica in ramis palmarum, sermo. Ff. 74a-75a.

Plurima turba strauerunt uestimenta sua in uia. Mt. 21.

Tria magna seruitia facta Christo: honor factum (!) Per suos discipulos, deuote; per simplices bestias subiecctas, Per mundanos homines publice.

52/876.

Feria II dominice de Ramis Palmarum, sermo . Ff. 76a-76b.

Venit de celo dicens: et clarificaui et iterum clarificabo. Io, 12.

... iterum clarificabo, scilicet, per sacramenta Ecclesie, unde Psalmus: 'Vox Domini super aquas, Vox Domini in virtute, in magnificentia; confringentis cedros; concutiens desertum; preparantis ceruos.

53/85(?).

Feria III, dominice de Ramis, sermo. Ff. 76b-78a.

Bonum erat ei, si natus non fuisset homo ille. Mc, 14.

Inter omnia peccata mundi, Iude Scariotis est maximum tripliciter: ratione obiecti, ratione subiecti, ratione suscepti

54/675.

Feria IV dominice de ramis, sermo. Ff. 78a-79b.

Propter scelus populi mei percussus eum. Ye. 43.

Passio Christi est medicina contra peccata nostra: sanatiua, confortatiua, preseruatiua.

55/403(?).

In Cena Domini, sermo, Ff. 79b-80d.

Hoc facite in meam commemorationem. 2 Cor., XI.

Sacramentum altaris fuit institutum ex memoria passionis, et tres alias rationes: per directionem uniuersalem; per refectionem spiritualem; per oblationem memorialem.

56/548 (?).

In Parasceue, sermo de passione Domini. Ff. 80d-85c.

Ecce morior, cum nihil eorum fecerim que isti malitiose composuerunt aduersum me. Dan. 13.

In passione Christi, sex circumstantie correspondentes transgressioni Ade. Refectio satialis; ligatio personalis; dampnatio humanalis; compassio amicalis; defunctio temporalis; sepultura terrenal.

57/154.

Sabbato Sancto, sermo. Ff. 85c-86d.

Descendit primum in inferiores partes terre. Eph. 4.

... in corde terre sunt quatuor magne domus, maiores quam sit Ciuitas Parisiensis: infernus dampnatorum, limbus puerorum, locus purgandorum, sinus perfectorum.

58/828.

In die sancto Pasche, sermo. Ff. 85c-86d.

Surrexit, non est hic, Marci 16.

... ostenduntur duo de resurrectione Christi: fuit summe uirtuosa, digne gloriosa.

59/826.

Feria II in Paschate, sermo de resurrectione. Ff. 88c-91a.

Surrexit Dominus uere et apparuit Symoni, Luc. 24.

Tria signa ad probandum quod uere aliquis mortuus sit resuscitatus: ambulatio ordinalis; locutio rationalis; comestio humanalis.

60/499.

Item, alius sermo, eadem die. Ff. 91a-93b.

Mane nobiscum, Domine, quoniam aduersperascit. Luc. 24.

... notauit tres modos, quibus Christus manebit nobiscum: loquendo uerba spiritualia; audiendo uerba celestialia; operando misericordie opera.

61/-.

Feria III post Pascha, sermo. Ff. 93b-95b.

Hec sunt uerba que locutus sum uobis, cum adhuc essem uobiscum. Luc. 24.

... conclusio totius doctrine Christi: tota bona ordinatio bone uite moralis stat in tribus punctis: erga seipsum, uiuere discrete; erga proximum, uiuere digne; erga Deum, uiuere sancte (aquest no és l'esquema del sermó num. 381, que, per la frase bíblica, podria semblar-ho).